

num sextum Nabuchodonosaris, & in directo huius numeri tēpus, scilicet, dies, & minuta mensis Thus, quo fuit coniunctio prima media, & argumenta Solis, & Lunæ, & latitudinis Lunæ hoc ingenio consideravit, quod in omnibus uiginti quinque annis Aegyptiis in tempore anticiparentur coniunctiones mediæ in 2. min. 47. secun. & 5. tertijs diei. Ideo per huius numeri subtractionem perfecit areā temporis primæ cōiunctionis usq; 1101. annum Nabuchodonosaris. In hoc uero tempore motus Solis medius ultra integras revolutiones fuit 353. grad. 52. min. 34. secun. 13. tertia. Argumentum Lunæ medium 57. grad. 21. min. 44. secun. 1. tertia, & argumentum medium latitudinis Lunæ 117. grad. 12. min. 49. secunda 54. tertia. Per horum motum additiones ad primas radices perfecit totam differentiam primam, quæ est coniunctionum mediarum in annis collectis. Ad similitudinem huius posuit differentiam secundam, quæ est oppositio num mediarū. Dixit enim mediū mensem Lunarem esse 14. dies. 45. min. 55. secun. motūq; Solis medius in hoc tēpore 14. grad. 33. min. 12. secun. Argumentum Lunæ medium 192. grad. 54. minut. 30. secun. Argumentum latitudinis medium 195. grad. 20. min. 6. secun. Id diminutum ex radicibus primæ cōiunctionis primi anni Nabuchodonosaris, reliquit radices primæ oppositionis mediæ eiusdē anni Nabuchodonosaris, quibus habitis cōtinuauit eas quoq; sicut radices coniunctionū ad 1101. annū Nabuchodonosaris. Deinde perfecit differentiam tertiam, quæ est coniunctionū & oppositio num in annis expansis. Cōsideravit enim excessum 13. Lunationum super 305. dies, & fuit 18. dies, 53. min 51. secun. 48. tertia. Item in hoc tempore 13. Lunationū

motus Solis medius 18. grad. 22. min. 59. secun. 14. tertia. Argumenti Lunæ mediij 335. grad. 37. minut. 12. secun. 51. tertia. Consideravit etiam spacium duodecim Lunationum, quod fuit 354. dies, 24. min. 1. secun. 40. tertia. Et in hoc tempore motum Solis 349. grad. 16. minut. 36. secun. 16. tertia. Argumentum Lunæ 309. grad. 48. minut. 1. secun. 53. tertia. Argumentum latitudinis medium 8. grad. 2. minut. 49. secun. 42. tertia. Ex his perfecit tabulā annorum expansorum annos 25. Aliquando quidem addendo numeris positus in prima linea duodecim lunationes cū motibus suis, & inde abijciendo 365. dies. Aliquando excessum tredecim Lunationum dictum cum motibus suis, tunc quidem duodecim Lunationes cum uidit, si excessum dictum addidisset, plus una Lunatione prouenisset. Tandem tabulam mensium posuit, quam ad 12. extendit. Una enim Lunatio fuit 29. dies, 31. min. 50. secun. 4. tertia 20. quarta. In hoc tēpore motus Solis medius 29. grad. 6. minut. 23. secun. 1. tertia. Argumentum Lunæ 25. grad. 49. minut. 0. secunda, 8. tertia. Argumentum latitudinis 30. grad. 40. minut. 14. secun. 9. tertia. Ex his complet tabulam mensium uia additionis.

Vsum talium tabularum depromere. Propositio III.

CVM annis currentibus à principio Nabuchodonosaris intra tabulas, quod si precise in se inueneris numerū eorū in annis collectis, in directo eorum habebis coniunctionem & oppositionē mediam in primo mense, scilicet, Thus, atq; motum argumenti Solis mediij, & argumenti Lunæ, & argumenti latitudinis Lunæ ad eandem. Si uerè supersunt anni ultra collectos proxime maiores